



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quare non est eis concessum habitare in cœlo vel in terra. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



eum traxit tertiam partē stellarum: quia lucifer ille aliis maior nō solus cecidit, sed cū eo alii multi qui ei in malitia consenserunt, eosque cadentes hui⁹ caliginosi aëris habitaculum excepit. Et hoc ad nostram probationem factum est, vt sit nobis exercitationis causa. Vnde Apost. Colluctatio est nobis aduers⁹ principes & potestates mundi hui⁹, & aduersus rectores harū tenebrarum, cōtra spiritualia nequitiae in caelestibus, quia demones qui sunt spirituales & nequam, in hoc turbulento aere nobis propinquo, quod caelum appellatur habitant. Vnde & diabolus princeps aeris dicitur.

Ephes. 6. b.

Iean. 14. d.  
alias mūdi.

*Quod non est concessum eis habitare in caelo  
vel in terra.*

C

Non enim est eis concessum habitare in caelo, quia clarus locus est & amœnus: nec in terra nobiscum, ne homines nimis infestarent. Sed iuxta Apost. Petri doctrinā in epistola canonica traditā, in aere isto caliginoso, qui eis quasi carcer vsq; ad tempus iudicii deputatus est: tunc autem detruentur in baratrum inferni, secundum illud. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius.

2. Petr. 2. b.

Matth. 25. d.

*Quod demones alii aliis præsent, & habent etiam alias prælationes.*

D

Et sicut inter bonos angelos alii aliis præsent: ita & inter malos alii aliis prælati sunt, & alii aliis subiecti, quamdiu durat mundus, angeli angelis, demones demonibus, homines hominibus præsent. Sed in futuro omnis euacuabitur prælatio, vt docet Apostol. Habent quoque secundum modum scientiæ maioris vel minoris, prælationes alias maiores vel minores. Quidam. n. vni prouincię, alii vni homini, alii getiã vni vitio præsent. Vnde dicitur spir. superbię, sp. luxurię, & huiusmodi, gaude illo vitio maxime potest homines tentare, a quo

1. Cor. 15. b.

quo